



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Homilia CXV. Et cùm esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, accumbente eo uenit mulier habens alabastrum unguenti nardi spicatæ, multi pretij: & comminuto alabastro, effudit ei in caput. Erant autem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

festam sentiant. Et exempla sunt passim, quae docent, quam efficaciter Christus in hostium operibus suorum animis operetur. Huius igitur auxilio freti aduersa omnia animo forti & intrepido sustinamus, quando fieri non potest, ut suae & suorum cause desit, qui nos moris sua merito asseruit. Ibi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

H O M I L I A CXV.

Et cum esset Bethania in domo Simonis leprosi, accumbente eo uenit uxor habens alabastrum unguenti nardi spicatae, multi pretij: & comminuto alabaastro, effudit ei in caput. Erant autem quidam qui indignarentur apud se, ac dicerent: Ad quid perditio hae unguenti facta est? Nam poterat hoc uendi amplius quam trecentis denarijs, & dari pauperibus. Et fremebant in eam. Iesus autem ait. Omitte eam: quid ei laborum afferitis? bonum opus operata est erga me. Semper enim pauperes habetis uobiscum, & quando cunq; uolueritis, potestis illis benefacere: me uero non semper habebitis. Quod potuit haec fecit: praenit enim ungere meum corpus ad sepulturam. Amen dico uobis, ubicunq; praedicatum fuerit Euangelium hoc in toto mundo, etiam hoc quod fecit haec, dicetur in memoriam ipsius. Tunc Iudas Iscariotes, unus e duodecim, uenit ad principes sacerdotum ut proderet eum ipsis. Illi uero cum audissent, gauisi sunt, & polliciti sunt ei pecuniam se daturus. Quarebat igitur, quomodo opportunè eum proderet.

Argumentum
& usus presentis loci.

Esti Deus pater filium suum Iesum Christum nobis ab aeterno redemptorem destinari: & eodem praesentio tempore hominem factum ex mera gratia pro nobis in mortem tradiderit: dicit tamen ex hominibus proponit scriptura, qui illi mortis auctores uel ministri fuerunt: non quales animi insinuat, ut quod Deus fieri decreuerat exequerentur, sed ut affectibus suis corruptissimos dilgerent. Primi ex his sunt sacerdotes & scribae, quos auaritia sua & ambitio ac discipulorum uel relictionis impatientia excitauit, ut de illo occidendo consultarent. Hi nunc Iudas accidit, ipsa prope causis commotus, qui illos non inuit modo, uerum etiam auctor fuit, ut hoc suum facinus committerent, & secus quam instituerant, in ipso festo paschae, uel illo iam instante, Christum comprehendant & interfici curent. Habet autem ista historiae pars multa consideratu dignissima, quae hostium Christi mores, artes & studia agnoscere docent, & pios ad fidem in Christum atq; filios eius magis excitulant. Quae ut rectius intelligantur, primò de ipso Iuda dicendum erit. Deinde de causis & qua occasione motus tantum facinus designari, uidebimus. Postremo, ut negotium totum gesserit.

Iudas quis fuerit.
Marc. 3.
Matth. 10.
Ioan. 12.
Gen. 4.
Exod. 19.
A. 5. 6. 8. & c.
A. 10.

Quoad Iudam, unus ex duodecim fuisse dicitur. Apostolus ergo fuit, ex eorum numero, qui Christus antea emiserat, ut in suo nomine praedicarent & miracula facerent. Quin illi locum commissos fuisse scribit Ioannes, ut ea reciperet, quae Christo a fidelibus & pijs conferebantur. Vnde ergo non aliquem hominum ordinem uel sodalitiū reperiri, quod ex omni parte perfectum Iudas commoneat. Quia enim natura corrupti sumus, & procliuēs ad malum ferimur, facile inueniuntur Iudas seducat. Sic inter primos Adami filios Cainum habuit, quem contra fratrem suum armauerat. Iacobus filios ita deceptis, ut sanctissimi patris institutio quotidiana uix quicquam apud illos proficeret. Qualis autem sub Moise fuerit Israel, insigne illud Dei peculium & gens sancta, illorum mores corruptissimi & horrendi lapsus abundè testantur. Ad haec in primitiua ecclesia non mirum est, uerum etiam Ananiam sacrilegum, Simonem prestigitorem impiissimum, & alias eorumque pestes reperimus. Et ex ipso Episcoporum ordine graues illos lupos exciuros esse Paulus praenuntiat, qui non parcaut gregi dominico, & omnia fadissimè deuastent. Sunt haec in eum summe uandae, ne reme: & propter paucos aliquos, aut etiam plures malos, totam ecclesiam ad membra perire hodie nimis insolenter Anabaptistae faciunt, qui ecclesias omnino deserunt, nec ecclesiarum membra

videtur censent, quod in illis malos bonis permixtos esse videant. Nec multo rectius aut sapientius indicant, qui Evangelij doctrinam hoc nomine potissimum proscindunt, quod illius professores minus Evangelicè vivunt, & inter ministros verbi interdum reperuntur, qui nulla habita suae dignitate & ministerij ratione, affectibus corruptissimis indulgent. At in ecclesia potissima fidei & doctrinae ratio haberi debet: quae si sana sit, aliorum improbitas pijs nequaquam fraudi erit: sed ferent illi aliquando suum iudicium, sicuti Christus in Lazariorum parabola eleganter & perspicue docet. Math. 12.

Porro videamus, quae causa Iudam moverint, ut tantum facinus designaret. Lucas satanam in cor ipsius intrasse scribit. Sed apertius rem omnem Ioannes explicat, qui furem fuisse dicit, & frequenter ex ijs surreptis, quae in loculos ipsi commissos (ut paulò ante diximus) conferebantur. Quod ut faceret, haud dubie avaritia impulit, quae cum victus et rerum huius seculi sollicitudine coniuncta movit illum, ut sibi quaecumq; occasione prospiceret, ne quando Christi rebus minus prospere succederent, ipse egeret: quae ratio Ananiam quoque movit, ut spiritui sancto mentiretur. Etsi verò malum hoc diu latuit, ne quid atrocius in Christum designaret, erupit tamen cum in Cena Bethaniensi (quae hoc loco Marcus describit) spes praedae ingens oblata subito evanuit. Ibi enim cenata aliqua trullata irritata, omnem occasionem captavit, quae iacturam, quam se fecisse putabat, sarciret. At quia hic multa concurrunt, priusquam longius progrediamur, Cena haec Bethaniensis & quae in ea acciderunt, aliquantò diligentius inspicienda erunt.

Primo cum Bethaniam venisset Christus, mox illam convitio excipit Simon leprosus, sic dictus quod aliquando ipsum à lepra Dominus purgavisset. Illo autem discumbentes venit Maria, Lazari nimirum & Marthae soror, & pro genitis more affert alabastrum unguenti pretiosi ex narco spicata confecti: quam in unguentis potissimum probari, Plinius quoque tradit, quando inter ea, ex quibus unguentum pretiosissimum (quod quia Parthorum regibus in usu erat, Regale vocarunt) componitur, narospicam quoque commutat. Et idem auctor unguenta in alabastris optime servari scribit: Confecto autem alabastris, unguentum in Christi caput effudit, ita ut per totum corpus defluens imos quoque pedes rigaret, & domus tota odore completeretur, sicuti Ioannes annoravit. Habemus hinc non vulgaris fidei exempla. Scimus enim illo tempore periculosum admodum fuisse, Christo conversari fidemq; in illum profiteri: ed quod edicto publico à synagogis excluderentur, quicumq; hoc faciebant. Nihilominus tamen illum admittunt Bethanienses nostri, & Simon accepti beneficii memor eundem convitio honorario excipit, & Maria ut amplius ipsum honoraret, impensas facit, quae ipsis quoque discipulis (ut mox audiemus) nimia videntur. Imuemur hos nos quoque, qui à peccatorum lepra curati & morte aeterna liberati, multò maius beneficium à Christo accepimus. Non pudeat ergo nos illius & Evangelij ipsius, ut ut adversus illum mundus hic fremat atque insanat, Excipiamus illum in verbo suo se nobis offerentem, & eidem excitemus bonam fragrantiam, quae tota dei domus repleatur. Fit hoc partim per Evangelij praedicationem quam nos longe lateq; pro virili nostra propagare decet, ut nomen illius salutariter pluribus innotescat: partim si nos illi sistamus hostiam viventem, & ita insitruamus dicta factaq; nostra omnia, ut propter haec nomen ipsius glorificetur apud eos quoque, qui illud nondum verè agnoverunt. Hunc enim illi cultum gratissimum esse, passim scriptura docent.

Secundò, ut hoc factum Maria discipuli acceperint, narratur. Indignantur, & animi indignatio nem verbis produnt: Ad quid perditio haec unguenti facta est? Nam poterat hoc vendi amplius rie Bethaniensis quam trecentis denarijs, & dari pauperibus. Fuit ergo unguentum verè pretiosissimum. Nam si denarios Romanos intelligamus, quibus Iudaeos illo tempore usos fuisse supra in quaestione de censu Casari persolvendo vidimus, pretium hoc quadrageinta florenorum Germanicorum fuit. Porro quòd Marcus quosdam, Mattheus verò discipulos haec dixisse tradit, hoc Ioannes vni Iudaei tribuit: nimirum quòd ille primus huius murmuris auctor fuerit, & plausiblem pauperum praetereuntes reliquos, quibus ipsius improbitas nondum perfecta erat, in sententiam suam pertraxerit, qui postea audita Christi sententia conticuerunt. Hic autem cum primis observari debet, quòd Ioannes haec illum non idè dixisse testatur, quòd ipsi pauperes curae essent, sed quòd fur esset, & ex pecunijs suae fidei creditis multa suffurari soleret. Voluisset ergo unguentum hoc sibi commissum fuisse, quae illi vberissima

Quae cause Iudam ad Christum prodendū excitavit.

Bethanienses uerè fidei exemplum. Lib. 3. cap. 2.

Ioan. 9. & 12.

Rom. 12. Matth. 5.

Discipuli Mariae Bethaniensis

fuisse furandi occasio. Nam & pretium venditionis multo minus indicare, & postea etiam inter rationes accepti & dati suis artibus aliquid sibi ex illo decerpere poterat. Interim & aconcomum solum & diligentem pauperum patronum simulare potest, nec tam Mariam prodigalitate, quam Christum ipsum luxuriam accusat, qui tantos sumptus patienter admittat, quorum usus vtiliter et sancte in multis pauperibus alendis esse poterat. Admonemur exemplo hoc, nunquam desere, qui Christi nam Evangelij fragrantiam inuideant, & illius cultum oppressum velint. Inter hos autem facillimi sunt, qui cum ex fidelium Christi numero censei velint, in hoc tamen sua tantummodo querunt. Simulant tales magnum zelum, & sancte lucris spe immodicum ardent. Vt primum verba beati illius, aut Evangelij doctrinam cupiditatibus suis obstare vident, mox fremunt, & omnem bonum operum mende occasionem circumspicunt, ut suis rebus consulant, tandemq; hostes aperti sunt, si deus vult proficere possint. Tales hodie sunt non pauci ex presulibus ecclesiasticis, qui sub Christi & ecclesie pretextu in ecclesia bonis voluptuantur, & reges fastu atq; tyrannide superant. Tales quoq; pseudo-euangelici quidam, quibus nimium videtur, quicquid in scholis & verbi ministerium impenditur. Solent isti quoq; verbis magnificis pauperes, tempus Dei gloriam & infinita alia peratere, quae sumptus tanti melius collocari possint. At interim Iudas agunt & praedones sacrilegos: nec contenti Christo ea surripuisse, quae iam olim pii principes conulerunt, insuper illum produnt quos & hostiter insecantur. Dicant ergo pii istorum hominum clamores diligenter obseruare, nec sine reuerentia poni patientur. Si enim dilectos Christi discipulos Iudas fallere potuit, ut ipsi quoq; factum hoc Maria improbarent, quid obsecro nobis euenturum putabis, nisi diligenter vigilemus?

Christus Mariae patrociniatur.

Sed Christum audiamus, qui Mariae patrociniatur, et discipulos reprehendit. Est autem hoc periculum, quod bona operantibus ille adest, eos vero corripit & punit, qui illis molestiam excedunt. Quid ergo de illis fiet, qui eosdem hostiliter persequuntur, & ea facere cogunt, quae gloria ipsius aduersa sunt? Defensionis aut apologia propositio est. Omitte eam, nec illi laborem offerre. Porro verum membrum interrogationis figura vestit, ut magis ostendat, sibi hoc ipsorum iudicium peruersum vehementer displicere. Causam siue rationem subiicit: Quia bonum opus operata est erga me. Bonum vero opus vocat, partim quod hoc non sine occulta spiritus suggestione ex profectu parum propter typum & mysterium, de quo postea dicitur. At quia Iudas pauperes allegauerat, ad illud diligenter admodum respondet. Pauperes (inquit) semper habetis vobiscum, & quandoque volueritis, potestis illis benefacere: me vero non semper habebitis, &c. Docet nihil ex eo, quod huiusmodi sit, pauperibus decessurum esse, siquidem illis benefacere cupiant: nec enim se tale quid repone in posterum, sed extraordinarium hoc esse, quo suam mortem & sepulturam sic figurari oportuerit, cuius praedictio totum orbem terrarum odore salutifero (quod etiam Paulus postea annotauit) sit repletura. Distinguit ergo Christus hoc loco inter praesens hoc Mariae factum, & cultum ipsius ordinarium, quem in ecclesia perpetuum esse voluit. Vbi hoc tenendum est, firmiter, nihil illum ad illud exigere, quod pauperibus fraudi & charitati aduersum sit, quam ille veram suorum discipulorum notam fore testatur. Tam ergo abest, ut Mariae exemplum nostri seculi hominibus pareant, qui ut Christum colant, opes suas in ligna & lapides, in monachos item & sacrificulos conferunt, ut potius illorum superstitiones validissime impugnet. Ideo enim priusquam moreretur, officium hoc in illum conferri oportuit, quia post mortem nihil tale a nobis exigit amplius, eo quod corpus suum e terris in caelos translulit, ut illic aeterna viae gaudijs fruatur. Substituit autem sibi pauperes, & alibi pollicetur, quod in suas rationes velit ascribere quicquid beneficii a nobis in illis partem collatum. Illos ergo vestire, illos cibare, illos vngere & curare satagant, & in illos aurum & argentum suum erogent, quicquid opibus suis Christo seruire cupiunt. Nec temere ait, nos semper habituros pauperes quibus benefaciamus. Idem enim per Moysen in lege monuit: ut distantes, non temere hoc fieri quod passim locorum pauperes & egeni occurrant. Constat quidem plerosque huiusmodi pauperes fieri, at tamen Deus illorum culpa in nostrum bonum abutitur, ne vniuersam de sint, in qua charitatis officia exerceamus. Ut ergo non indignantur fortes & animosi, si occasionem sibi offerant, qua quid fortiter & cum laude agant: Ita nec nos pauperum occursum indignis ferre debet, cum illi nobis virtutis omnium pulcherrima occasioem praebent, ex qua olim nos Christus suis agnosceret.

2. Cor. 2.

Christus pauperes sibi substituit. Matth. 25. Dent. 15.

Post
pradica
ipsum. N
celebris
pios, ver
enim in
qui cum
ad bene
in prop
bodie ap
Solent
Predic
pla illor
lus nos
faciunt
li huc e
ficiunt P
nunc in
Nun
ter adit
do offer
nem ipsi
cupidita
autem ex
nim ex
illi cum
uiscitur
humana
dens fie
cuius
sola pec
er ad am
hoc laro
ros ex a
citiam
proph
gua &
Ne
nem se
mi sim
nibus
guant
mercen
hec no
mulg
in veri
tenam
deberu

Post

Postremo pramium quoque ingens mulieri huic pollicetur, dicens: Amen dico vobis, ubique predicatum fuerit Euangelium hoc in toto mundo, etiam hoc quod fecit haec, dicitur in memoriam suam. Nec inanem fuisse promissionem, rei eventus restatur. Exat enim in ecclesia ubique terrarum celebris & gloriosa Mariae & fidei ipsius memoria, & eadem non unquam abolebitur. Vides ergo pio, vt iniquus mundi iudicij profcindantur, non carere tamen laborum suorum fructu. Afferit enim in hoc quoque seculo illorum innocentiam Dominus, & apud posteros eorum virtutem celebrat, qui cum viueret, infames & plerisque exosi erant. Nec fallit quod Solomon olim dicebat: Memoria iusti ad benedictionem, id est, celebris et laudabilis. Et illud: In memoria aeterna erit iustus. Exempla sunt in prophetis & Apostolis, qui cum suo seculo hominum contemptissimi & maxime infames essent, hodie apud illos etiam magnifice predicantur, qui ipsorum fidem & doctrinam adhuc odisse consueuerunt. Solentur nos ista aduersus impiorum calumnias, & discamus simul, quis verus Diuorum cultus sit. Pradicetur Euangelium, quod illi sanguine suo obfignarunt. Seruentur in memoria recentia exempla illorum, & eadem imitemur, quatenus illi Christum imitari sunt: qua de re non vno loco Paulus nos admonet. Si qui sitis omisit, illos inuocant, iisdem sacra faciunt, ij & Deo & illis iniuriam faciunt grauem, quando sanctorum nominibus contra verum Dei cultum abutuntur. Obfiterunt illi huic errori olim vehementer, si quando aliquos praepostera ipsorum admiratione derineri viderunt: sicut Petri & Ioannis, Pauli uicem & Barnabe exempla docent. Quare non putandum est, illos nunc in caelis agentes aliter affectos esse. Vide qua habentur Acto. 3. & 14.

Pictatis praemia a Deo constituta.

1. Cor. 4. et 11. Philip. 3. Hebr. 6. & c.

Nunc ad Iudam redeamus, qui Christi admonitione peior & contumacior factus, mox sacerdos adit, quos sui similes & Christi hostes acerrimos esse nouerat, & suam illis operam in ipso prodem sui proderit. do offerit. Gaudet illi, & auaro pecuniam triginta denariorum promittunt, quae ille insecutus omnem ipsum prodendi occasionem sedulo captat. Est hoc horribile exemplum, quo docemur, quanta sit cupiditatum caecitas, & quam violenter illis abripiantur, qui habenas semel laxarunt. Maxima autem auaritia vis est, quam Apostolus non temere malorum omnium radicem vocauit. Hac auaritia enim excacatus Iudas, non modo veterem Christum beneficiorum & dulcissima conuersationis, quae illi cum ipso & reliquis discipulis intercesserat, verum etiam suam dignitatem, imo salutis propriae obliuiscitur, quando illi mortem struit, in cuius nomine praedicauerat, & quem Dei filium & promissum humani generis saluatorem vna cum alijs Apostolis confessus fuerat. Er quid obsecro magis impudens fieri poterat, quam quod a nemine requisitus seipsum offerre ad facinus omnium turpissimum, cuius vel sola mentio ipsi horrore esse debebat? nec aliquid cause vel in speciem iustae praerexit, sed de sola pecunia sollicitus (vt Martheus annotauit: Quid inquit vultis mihi dare, et ego illum vobis tradam? Deniq, vilissimo pretio ipsum Dei filium vendere non veretur. At vinam solus Iudas in hoc luto hereret, & cum illo simul immanis habendi cupiditas perisset, qua etiam nostro seculo multo exagitat. Quid enim aliud faciunt hodie, qui publica iura, patriam, libertatem, honorem, pudicitiam, vitam deniq, ipsam pro vili pecunia prostituunt? Nihil nunc de illis dico, qui sacra omnia prophbant, qui ab Antichristianis sese conuolui patiuntur, vt agnitam Christi doctrinam vel lingua & calamo, vel armis oppugnent.

vt Iudas Christi prodem sui proderit.

1. Tim. 6. Mat. 16. Ioan. 6.

Nec minus obseruari debet Iudae industria, qui vt pecunia sibi promissa potatur, omnem occasio impiorum inane sedulo obseruat. A deo sedulos & indefesso reddit caeca cupiditas, cum ad bonum omne pigerri- mi sumus. Quid enim non faciunt principes, vt regnorum suorum terminos propagent, & titulis inani- bus potiantur? Quid non conantur hodie Monachi & Sacrificuli, vt Euangelij doctrinam extir- guant? Quos non labores, sumptus, pericula, sustinent scortatores, adulteri, mercatores, furarij, mercenarij milites, ebrios & infiniti alij horum similes, vt suis cupiditatibus indulgeant? Arguunt haec nostram ignauitiam, qui pro veritate & propria salute tuenda nihil ferre nec facere volumus: si- mulq, monent, ne ex nostro ingenio impio estimemus. Nunquam enim dormiunt, quos Iudae spiritus in veritatis odium excitat. Vigilemus ergo, & quam Dominus nobis commisit, stationem firmiter teneamus, vt olim aeterna regni caelorum beatitudine fruamur in Christo Iesu Domino nostro: cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

impiorum industria.